

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXXVI. Crebas instituat ad studium pietatis & vitae sanctimoniam exhortationes
obseculi impietatem.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

rant Elephantos, non magno negotio d'siunt unius animantis naturam. Sed in hoc grege tot sunt animalium species, tot mixtura, ut vix Africa g'gnat plures. Omnium autem naturam deprehendere & cuique, quod est accommodum, adhibere, non mediocris est ingenii: praesertim quum nullum sit animal homine vafrius, ac versatilius &c. Hæc ille.

LXXVI.

Crebras instituat ad studium pietatis & vitæ sanctimoniam exhortationes obseculi impietatem.

Εὐθύνοια.

Cum hominū impenitentium & seculariū major sit numerus in promiscuo illo Ecclesiæ cœtu, ideò Conciones legales crebrius urgendæ & incuicandæ sunt. Tanta enim est socordia hominum ac securitas, ut nisi assidue reperantur, inculcenturq; divina mandata, vel ox illorum animis obrepat oblivio. Quare necesse est, ut crebræ fiant de cultu Dei & studio bonorum operum monitiones. Rectè Hieronymus Wellerus, optimus Theologus Practicus B. Lutheri familiaris, in Epistolâ nuncupatoriâ super Explicationes Epistolar. & Evangelior. Domi-

Dominical. A. 4. inquit; *Malim Concionatorē
propè plus opera in admonendis ac reprehen-
dendis securis, quàm in consolandis afflictis su-
mere. Semper enim major pars auditorum sunt
homines securi & profani. Illorum verò, qui sen-
su peccati & ira Dei ac terroribus inferni ac
mortis vexantur, exiguus est cœtus. Videat itaq;
Evangelicus Doctor, ne sibi & officio suo, quod
sustinet & toti Ecclesiæ cui præ est, hac in parte
desit, sed habitâ ratione diversorū statuū pro
suggestu omnis generis exhortationes adhibe-
at, instar boni agricolæ vitiorū radices evellat,
virtutum omnigenarum semina vel sterilibus
etiam hypocritis inserat, vel in languentibus fi-
delibus subinde excitet & provehat. Dux est,
qui cæteris in viâ virtutis præire, errantesq; in
rectum iter revocare debet: Qui benè præit,
facit, ut alii bene sequantur. Bonus dux, bonū
reddit comitem. Magister morum est, patris fa-
milias personā agit, cui ex munere incumbit,
non solū Christo filios generare, sed & sanctis
institutis formatos educare, adultos promo-
vere. Quia Auditorum & seculi impietas hoc po-
scit, (verba sunt B. D. Hussmanni Orat. Eccles.
cap. IX. n. 17.) ut major emendandis moribus,
quàm refutandis hæreticis, cura impendatur;
Nunguam tamdiu docendo & refutando inhe-
rens*

rens

rendum est, ut non potius spatium concionis in-
structioni vitæ aut correctioni morum, vel etiã
consolationi afflictorum tribuatur, nisi tempus
& locus uni dicendi generi instandum esse fo-
serit; Inprimis studiũ, diligentia & Zelus Con-
cionatoris in hoc maxime elucere debet, ut
frequenter ad veram & seriã poenitentiam
auditores suos adducere conetur; Sic vide-
mus facisse Christum, sic Jonannẽ Baptistam,
sic Prophetas, sic Apostolos, quibus Christus,
erudite Lingvæ Magister, Es. L. 4. qui solus non
didicit quod alios docuit, ut loquitur Ambrosius
lib. I. Offic. c. l. dixit, Oportere predicari in no-
mine suo poenitentiam & remissionẽ peccatorũ
in omnes gentes, Luc. XXIV. 47. Totos namq;
septem dies i. e. per omne mundi statem, vult
Deus, qui tardus est ad poenam, velox ad veniã,
istam poenitentia acriter sonare tubam, prius-
quam Jericho i. e. Orbem universum destruat,
juxta allegoriam Chrysostomi ex Josue VI. cap.
Homil. 5. de Poenit. Sic S. Patres non solum hac
de re frequẽter agunt in suis ad populũ tracta-
tibus, sed etiã libros integros conscripserunt.
Ita jam dictus Chrysostomus scripsit multas de
Poenitentia & de compunctione cordis Homi-
lias. Scripserunt Tertullianus & Ambrosius libros de
Poenitentia; Pacianus parænesin ad Poenitenti-
am,